

sentibus, et bene nostis dexteram datam uobis una pollicentibus fidem. Nam ubi illud est, ubi data¹⁾ dextra, ubi fedus fide stationis, ubi sermo regius, qui sacerdotalis haberi debuerat. Legitur in quibusdam, regem sacerdotem appellari et parum distare imperium a sacerdotio. Ego autem talibus confisus totum me, ut bene nostis²⁾, regie commisi magnitudini³⁾ sperans hab illo hoc optinere, quod nostri antecessores a piissimis tenere imperatoribus, sed nunc cassata spes miserum me mutatae⁴⁾ rei⁵⁾ effecit euentu. Hec est uis fortune; illa enim semper mutatis rebus famulantibus fidem uersat, et quos odie prosperitate replevit⁶⁾, cras affectos casibus remittit; mortalibus namque nec prosperitas diuturna est nec erumna pertinax. Ideo oportet fideles Christianos nec adtolli prosperis nec conturbationibus uinci. Nam unum super omnia mirabile est: cum his⁷⁾ infirmat, qui saluare debet⁸⁾, cum his diripit, qui protegere. O uos pastores et consacerdotes, quibus cura gregis commissa est, quibus pastoralis baculus adsignatus. Ascendite ex⁹⁾ aduerso et ponite murum pro domo Israel, ne uobis non¹⁰⁾ obiciatur, quod scriptum est: Canes muti non ualentes latrare¹¹⁾. Flete cum flentibus, flete et mecum conpatimini, quia patior, quia alterius damna uestra deputare est; unum corpus sumus in Christo, si unum membrum patitur, omnia simul pati naturale nec non et debere est. Audistis condamnandam sanctam Ravennatem ecclesiam pollere, condamnandam pastoralis gloria uigere, aliquando pauperum solatio ualere, uiduarum consolatione et sancte religionis immobili¹²⁾ fundamento consistere. Audistis illam quantis¹³⁾ bonorum fructibus affluere. Audite illam multimodis afflictionibus perturbari. Predia ejus ablata sunt, possessiones eius imminentibus Christianorum malis dissipate, nec cessant cotidie ingentes persecutiones.

Ardingus Bischof von Brescia, 901—921. Er und Adelbert waren von Berengar wohl gelitten, besonders jener, der auch sein Erzkanzler war. Der Brief muss aus derselben Zeit stammen wie die vorhergehenden und die nachfolgenden, d. h. aus dem J. 905, da sich in ihnen die Klagen des Erzbischofs von Ravenna über Beraubungen seiner Kirche wiederholt finden.

1) Von der ersten Hand über der Linie ergänzt. 2) 'Ut bene nostis' von der ersten Hand über der Linie ergänzt. 3) Ursprünglich 'magnitudinis'. Der Schreiber hat zum Zeichen der Tilgung das s mit vier Punkten umgeben. 4) Aus 'mutatas' von der ersten Hand corrigiert. 5) 'rei' über der Linie; das i auf Rasur. 6) Etwa 'replevit'? L. 7) 'his' = is, da sonst im Nebensatze 'quos' stehen müsste. 8) Diese drei Worte hatte der Schreiber zuerst vor 'infirmat' gesetzt, hernach aber durch einen Strich getilgt. 9) Aus 'et' corrigiert von der ersten Hand. 10) So die Hds. 11) Ies. 56, 10. 12) 'im' über der Linie von der ersten Hand ergänzt. 13) In der Hds. 'illam quantis illam tantis'; 'tantis' alsdann in 'quantis' verändert. Das eine Paar ist also zu tilgen.